



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

6. An sit de necessitate Sacramenti, ut Vnctio in Confirmatione adhibeatur  
ab Episcopo in fronte? Et an peccet mortaliter Episcopus, si talem  
Vnctionem non faciat in fronte, & efficiat Sacramentum ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

# De Sacram. Confirm. Resol. VI.

73

atur in frequentatione mendacij jocosi , vel verbi otiosi , similive venialis culpa : non enim appetet hic major ratio , quam in aliis . Unde concluditur Diaconum , & Subdiaconum in mortali exercentes sua ministeria solemniter , & frequenter , solum peccatores venialiter contra naturale preceptum .

7. Imò pater Vasquez in 3. part. disputat . 136. cap. 4. num. 4. putat Diaconum , & Subdiaconum cantantem Epistolam , & Evangelium in peccato mortali , neque venialiter peccare . Quia nullum peccatum , etiam veniale , dari potest ; quin sit contra praeceptum aliquod , ut ipse tradit 1. 2. dis-  
put. 143. cap. 3. Cum ergo non detur hic praeceptum , nullum erit peccatum . Confirmat : quia , si peccatum aliquod committeretur , non esset veniale , sed mortale , cum materia sit gravis , alioquin Diaconi , vel Subdiaconi luspenxi , vel excommunicati non peccarent mortaliter , exercente solemniter auctum Ordinis sui , nec incurrent irregularitatem , quod nullus concedet . Sed melius docet Coninch. de Sacram. queſt. 34. art. 6. n. 3. & 39. Lugo , & alii , in tali casu Diaconos , & Subdiaconos committere peccatum veniale irreverentia contra naturale praeceptum sancte tradandi res , & actiones sacras : quod alij communiter supponunt , & mihi fit verosimilium . Consonat sanctus Thomas in 4. disfin. 5. queſt. 2. art. 2. queſt. 4. dicens , quod quicunque in peccato mortali se ministrum exhibet Ecclesia in quocumque spirituali , peccat . Non defult tamen Doctores , ut Joannes Uvigerus in 3. part. Dvri T. ome , q. 64. artic. 6. concluſ. 5. num. 30. & alij firmantes , quod Diaconus in statu peccati mortalis solemniter cantans Evangelium , & ministriſans in Sacrificio Missæ , commitit peccatum mortale : quod & de Subdiacono in tali statu cantante Epistolam , & solemniter ministrante videtur quoque dicendum . Sumitur ex D. Thoma in 4. difſ. 24. art. 3. & docent Angelus verb. Clericus , 8. Sylvester verb. Clericus , 2. Cajetanus 2. 2. queſt. 2. art. 2. Victoria de ministro Baptismi , queſt. 29. Et ratio assignari potest : quia peculiariter sacramentali confectione ad hoc manus sunt deputatae , & in se ministerium magnum est : quia valde accedit ad ipsum Sacrificium ; praesertim ipsius Diaconi , qui etiam cum Sacerdoti tenet ejus brachium , aut pedem Calixis , simul praesentat , & offert materialiam Sanguinem Domini , secundum eam rationem , qua inox in Sanguinem Christi mutanda est . Unde haec actio speciali reverentia est digna . Quare de Diacono conclusio est certior , quam de Subdiacono : nam & de Diaconis scribit Apostolus 1. ad Timoth. c. i. Hi autem prokurent primian , & scimuriscent , nullum crimen habentes . Sed his non obstantibus , non est recedendum a communis sententia Doctorum assertum , ut diximus , Diaconos , & Subdiaconos Epistolam , & Evangelium cantantes in peccato mortali , tantum peccatum veniale committere .

## RESOL. VI.

An sit de necessitate Sacramenti , ut Unio in Confirmatione adhibetur ab Episcopo in fronte ? Et an peccat mortaliter Episcopus , si saltem unio non faciat in fronte , & efficiat Sacramentum nullum ? Et an etiam de necessitate Sacramenti sit adhibenda predicta unio in manu propria Episcopi , Tom. I.

nullo medio instrumento , & in figura Crucis ? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Resolut. 30.

§. 1. **N** Egativam sententiam docuit Martinus Sup. hoc Ledefina in 4. tent. tom. 1. q. 13. art. 12. quamvis nō ubi sic ait : [ Nota , quod puto non esse de substantia Sacramenti Confirmationis , ut in fronte conferatur ; sed teneret factum , esto in alia principali parte conferetur : peccaret tamen Episcopus , qui ritum Ecclesie mutaret . ] Ita ille , & post illum ex eadem Religione Victoria in Sunna de Confirmat. q. 18.

2. Sed Viri doctissimi in hoc fidei lapsi sunt : nam Episcopus , non solum peccaret mortaliter , sed efficeret Sacramentum nullum , si frontem confirmandi non ungeret . Et idem sententiam Ledefina , & Victoria omnino fallax , & plusquam temerariam , imò oppositam existimat de fide Basilii Poncet in sua doctissima prælectione de Sacram. Confirmat. part. 2. cap. 5. n. 5. Probatur manifestè ex usu Ecclesiæ ab antiquis Patribus comprobato , præcipu Tertulliano lib. de prescritione . 40. Dionyphio de Ecclesiast. hierarch. cap. 2. part. 2. Cyril. Jerosolymit. catechesi . 3. & 4. mytagogica . Gregorio Turonensi lib. 2. de gestis Francor. cap. 31. Augustino Psal. 141. super illa verba : In via hac quæ ambulabam . Sed præcipue id constat ex Innocentio III. in cap. unico de Sacra Vnione , & ex Concilio Florent. Decreto de Armenis , declarante hujus institutionis rationem : [ Ideo in fronte (inquit Concilium ) ubi verecundiae sedes est , confirmandus inungitur , ne Christi nomen confiteri erubescat , & præcipue Crucem ejus , qua Iudeis est scandalum , gentibus autem stultitia , secundum Apostolum . Propter quod Crucis signo signatur . ] Et licet antiqui Patres expresse non dixerint , hanc in fronte signationem esse essentialiem ; satis id indicarunt abhinc illa varietate convenientes , ita faciendam esse . Præterquam quod eodem modo requirunt unctionem in fronte , ac in figura Crucis : sed unctionem in Crucis figuram reputant essentialiem ; ergo etiam in fronte reputare debent . Denique , ex fine hujus Sacramenti , qui est ad confirmationem Christum absque illa erubescientia , & timore , non leve argumentum desumitur ad probandum unctionem in fronte necessariam esse hujus sacramenti valori . Et ita tenet D. Thomas in 3. part. q. 72. art. 9. & tradunt , pluribus relatis . Suarez q. 72. art. 4. disput. 33. sect. 3. in medio . Coninch. art. 3. dub. 1. concl. 5. n. 53. Layman lib. 5. Sunam. trakt. 3. c. 2. n. 4. circa finem .

3. Nota tamen , quod licet sit essentialie , ut ea unctione fiat in fronte , ita ut si in ea non fiat . nullum sit sacramentum Confirmationis : at non est essentialie ; ut fiat in sola fronte , sed possunt etiam inungit Christmate alia partes , & sensus corporis iuxta diversas Ecclesiastum consuetudines . Haec pars constat manifeste ex recepta consuetudine Ecclesiæ Graecæ à primis temporibus , & approbata ab Ecclesia Romana , juxta quam consuetudinem non solum frons baptizati , sed & alia partes corporis inunguntur , cum hoc sacramentum ministratur . Id convincitur primo ex Concilio II. generali , quod est Constantiopolitanum I. Can. 7. ubi statutum est , quodam Hereticos à certis quibusdam heretibus ad Ecclesiam redeuentes recipiendos , & obsignandos sancto Christmate in fronte , oculis , naribus , & ore , & auribus . In quibus verbis planè de sacramento Confirmationis sermo est : Græci enim quemadmodum in sacro Fonte baptizandos in aquam to-

sup. hoc etiā cursum infra  
in §. ult. hu-  
jus Ref. ad  
lin. 6. & in a-  
llis ejus nota

tos immergunt, ita etiam in Confirmatione diversas corporis partes intungunt, toties repetita forma; qui tamen actus ex multis particularibus collectus, moraliter loquendo, unus censendus est, quamvis in prima unctione frontis, Sacramentum Confirmationis perfici, & effectum sortiri, indubitatum esse debeat.

Sup. hoc in Ref. affigata in annotatione ult hujus R. f.  
\* Sup. hoc etiam cursum suprà prope finem §. 2. hujus Refol. vers. Sed unctio- nem. & sup in Ref. 3. §. Formatio- nis. 4. Cùm itaque unctio sit adhibenda, ne necessitate sacramenti, in fronte, queratur, an etiam de necessitate sacramenti sit adhibenda immediate manu propria Episcopi, nullo medio instrumento? & aliqui negant: unde Serra in 3. part. D. Thome, q. 82. art. 4. sic ait: ¶ Committunt afferunt Theologici, de necessitate sacramenti esse, ut unctio fiat in figura Crucis, & Crux formetur Christatis unctione. Quid autem hæc unctio fiat immediate manu ipsius Episcopi, & non medio aliquo instrumento, non est ita certum esse de necessitate sacramenti: nam, quanvis multi hoc satis probabile esse dicant, alij tamen oppositum docent. Ita illi. Et hanc sententiam novissimum tenet Pater Quintanadvenias in T. scol. mor. tom. 1. tract. 2. singular. 3. n. 5. qui citat Leandrum, Hurtadum & Hennadiam. Probatur hæc opinio. Facta enim unctio ne medio aliquo instrumento, utpote penicillo, seu calamo, forma hujus sacramenti verificatur non igitur esse potest necessarium fieri manu Pontificis immediate. Neque ex usu, & consuetudine Ecclesie ea necessitas colligi potest: alia fieri police manus dextre necessarium esse. Nihilominus dicendum est, necessarium esse fieri unctionem manu Episcopi immediate: quia impositione manus hoc sacramentum a primis Ecclesiæ exordiis conficitur, ut constat ex Apostolorum usu. Et ita docent Poncius, ubi supra, n. 7. Pitigian, in 4. tom. 1. diff. 7. q. 1. arr. 6. in fine. Reginald. in præc. tom. 2. lib. 28. c. 2. n. 10. Filiiuc. tom. 1. tr. 3. c. 1. 9.7. Cast. Pal. tom. 4. tr. 20. diff. punct. 3. n. 4. & ali. Secundum hanc difficultatem alibi etiam aliquid tetigimus.

Alibi in dpa. Pal. tom. 4. tr. 22. diff. unic. punct. 3. n. 4. & ali. Sec  
bus Retiol. de hac difficultate alibi etiam aliquid tetigimus.  
seqq. & lu  
prā in fine  
Ref. 2. & in  
tom. 4. tr. 8.  
ex Ref. 60.  
S. ult. & late  
ibi in Refol.  
82. à lin. 9.

R E S O L . V I I .

*An Episcopūs, qui in Confirmatione ungeret alio di  
gito, quam dextero pollice, peccaret mortaliter?*  
*Et utrum talis variatio sit materia gravis aut levius?*  
*Et an sit de necessitate praecipi, y. Sacramenti*  
*quod unitio Confirmationis fiat immediate manu*  
*Confirmantis sub signo Crucis, unde nunquam si*  
*efficienda medio aliquo instrumento, ut tempora*  
*pestis potest dari Sacramentum Extrema-Unitio-*  
*nis?* Ex p. 3. tr. 4. Ref. 22.

**S**up. in Ref. §. 1. **A**ffirmativam sententiam videtur docere Melchior Zambranus de *casibus occurr*  
teq. & in *alii ejus* not. prime: *rentibus tempore mortis c. 2. dub. 1. n. 1.* ubi sic asse-  
rit. Certum est obligari Episcopum sub præcep-  
tione immediatè dextero pollice, quia ita præce-  
pit Pontificale. Sic ille; & hoc etiam docere vi-  
detur Layman in *Theol. moral. lib. 5. tratt. 3. cap. 2.*  
*n. 5.* qui citat Suarez.

\* Sup. hoc in fine Ref. seq.  
2. Verum, ut recte obseruat Didacus Nugnus in 3. part. tom. 1. q. 62. art. 4. diffio. 3; concl. 4. hoc non est ita certum, quia non constat, utrum materia gravis, vel levis sit talis variatio, videtur enim parum referre, quod fiat unctio fiat indice, vel pollicie, quod fiat manu dextera, vel sinistra. Ita Nugnus, & ego (ut verum fatetur) difficulter de peccata mortali dannarem Episcopum, qui indice v. g. unxit aliquem in infinitate.

3. Notandum est vero hic obiter, non retinendu-

necessarium esse necessitate præcepti, quod unctio Confirmationis fiat manu immediate confirmantis in fronte sub signo Crucis, sed etiam necessarium esse necessitate Sacramenti; unde nunquam erit efficienda medio aliquo instrumento, ut tempore pessis potest dari Sacramentum Extremae Unctionis.

RESOL. VIII

*An hoc Sacramentum Confirmationis sit conferendum immediate manu Episcopi, ita ut sit nullum, si conferatur pollice sumistro, & non dextero, vel alio digito, vel quovis alio instrumento sive coniuncto, sive separato? Ex p.3. tr.4. Ref.28.*

**S. I.** **A** sacramentum in tali casu esse nullum docet Suarez, & Coninch. quos citat, & sequitur Layman in *Theol. moral. lib. 5. tract. 3. c. 2. num. 5.* quibus ego addo Reginaldum *tom. 2. lib. 28. cap. 2. num. 10.* *F*illicium *tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 17.* *N*ugnum in *3. part. tom. 1. q. 72. artic. 4. concl. 2.* quia manus impositio est de ratione hujus Sacramenti, atque adeo debet fieri, quando fit sacramentum ipsum; sed si fiat usque medio instrumento, non est vera manus impositio. Ergo neque erit verum sacramentum.

2. Non desunt tamen DD. contrarium sententes, & sic ait Fernandez de Heredia in *disputacionibus de Sacramentis. Confirmat. diff. 5. part. 5. dub. nunc. n. 2.* Non astimamus pertinere ad necessitatem Sacramenti, quod unctio fiat pollice dextero, vel sinistro, vel alio digito, vel quovis alio instrumento, sive coniunctio, sive separatio, quippe nihil videtur deservi, neque ex parte materie, neque ex parte significationis formae, quo cumque ex his modis fiat chrismatio. Neque ideo minus Sacramentum hoc dicetur manus impositio, si fiat unctio penna, vel alio instrumento, quo quidem mediante manus proprias imponi dicuntur, sicut & manus violentia in clericum injici dicuntur, si baculo, lapiide & similibus percutiuntur. Pertinet igitur ad necessitatem praecepti, quod sine grave peccato omitti nequit. Ita Fernandez. Sed prima opinio & probabilis, & tutior est.

RESOL. IX.

*An Episcopus ministrans publicè in Ecclesia Sacra-  
mentum Confirmationis sine Pluviali, Mitra, &  
Baculo Pastorali peccet mortaliter?*

*Et quid dicendum, si Episcopus confirmingo omit-  
teret tantum unum ex indumentis sacris?  
Eius quo dodurum, an Sacerdos faciendo Sacrum ex-*

*Ex quo deducitur, an Sacerdos faciendo Sacrum excusetur à mortali omittendo cingulum, aut manipulum ratione parvitat is materia?*

*Et quid si Episcopus omittet infligere aliam, quando ministrat sacramentum Confirmationis?*

*Et ex consequentiis hujus Resolutionis patet resolu-  
tio alterius casus, nempe Episcopum ministrantem  
Ordines sacros statim post Missam sine aliis in-  
dumentis peccare mortaliter, scit Sacerdotem mi-  
nistrantem sacramentum Baptismi, & Extreme-  
unctionis sine vestibus sacris? Ex part. 7. tr. 10.  
& Misc. 1. Res. 31.*

§. I. **P**rima facie videtur respondendum partem affirmatiyam non esse certam: nam  
Nugnus